

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: Rupella capta, 7 Febr 1795

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)



Rupella capta

Christoph. Henric. Dollius.

a. D. vii. Febr.
1795.



[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

[Partial view of handwritten text on the adjacent page, including words like 'Pass', 'ad', 'et', 'gall', 'comp', 'dici', 'servo', 'emp', 'circa', 'ad ex', 'homo', 'nisi', 'notu', 'cun', 'clac', 'omn', 'arun']

273.

Duxor Spectabilis
loci condecoratissimi.

Perisq; jam attonitis ac stupendibus
ad inaudita alias & incomperda ~~alias~~
& incomperda opera, quae ab universo
Gallorum populo, in totius Europae
conspectu, peregruntur, non alienum
dixi fore, in praedecessorum memoriam
revocatis animis, illustri aliquo ex-
emplo docere, quousq; vel unius Galliae
civitatis vires evaluerint: sane videtur
ad extremum, nec vero ab his infinita
hominum pecuniarumq; iactura; ut,
nisi externo, Anglorum imprimis Hippa-
norumve auxilio destitueretur, quibus-
cunq; viribus superior, intendatam sibi
cladem eludere potuisse videatur. Inter
omnes, quodquod a rerum per orbem gest-
arum scriptoribus memorandus, vel

nobilissimarum urbium obsidiones vix unam reperias, aut ipsius rei inventionem & novitatem, aut bellici apparatus operisque magnitudine & insolentia, aut imensi laboris continuitate, aut denique ex successu celebritate, Ruspellae expugnationi aequiparandam.

Primum mihi dicendum erit de Ruspellanorum incrementis & opibus, expeditionisque adversus eos susceptae, principis & causis.

Erat Ruspella modicum olim municipium, mari adiacens Aquitaniae ducibus obnoxium: a quibus nupta Guilielmi Ducis filia, Eleonora, Ludovico VII. Galliarum regi, in Gallicam, mox secundis ejusdem feminae nuptiis cum Henrico V. Anglo, in Anglorum ditionem abiit; donec infelici proelio victis Anglis, medio fere seculo XV. in Gallorum potestatem eadem urbs reducta est. Et soli fertilitate postea & opportunitate maris ita aucta Ruspella, ut, civium multitudine prevalida, omniumque rerum copiosissima, inter maritimas Galliae civitates facile principatum obtineret. Mansere Ruspellani in obsequio regum Galliae

ad ultra centum & viginti annos. Tum ab ea
de religione dissidium exortum est: Reforma-
torum, ut vocant, doctrina late etiam per Gal-
liam sparsa; cui plurimi quoque et principibus
Gallie, imprimis Condacii & Henricus Borbonius,
Navarra rex, addicti erant.

Tam Ruspella, munitissima urbs, nova religionis
velut sedes & armamentarium existit. Atque
illinc regis, & qui pristina religioni favebant,
ira movebatur. Veniebat adversus omnes,
qui sacra ex ritu Calvinii amplexi fuerant,
Carolus IX. rex Gallie. Misit cum ingenti
exercitu & magna tormentorum vi, ipsius regis
frater, Henricus Andegavensium dux, excidium
urbi minabatur. Quo victo, elatis inde animis,
Ruspellani dominationem regis adspiciantur,
& qua solebant antea reges imperare, tributa
& Decretus, sibi vindicantes, suo jure agebant.
Hunc fere statum Ruspellani ad regnum usque
Ludovici XIII. retinuerant. Persuasum regi esset,
cum excidio Ruspellae vulgo dictam Reformato-
rum sedem funditus excindi posse. Haec
incidamenta in bellum.

Consultatum est in consilio regis, utrum
 vi aperta, an inedia & cunctatione urbem
 capi magis conveniat. Qui vim & festi-
nationem anteferebant, talia disseruere.
 Equidem obstare videri in gloriam obsidionem,
 antea tentatam, postremo solutam. Sed
 a praeteritis argumentum ducendum non
 esse ad praesentia: proorsus dispari rerum
 ac temporum ratione. Virtutem atque
 potentiam Ludovici praevaleare multis par-
 tibus invalido Caroli IX imperio. Tum fu-
 isse illam sectam ad modum validam &
 robustam: nunc attenuatas ac pene
 exhaustas ejus vires esse. Censum jam
 urbibus expugnatis, unam, velut corpore
 abscisum caput, Rupellam superesse:
 opibus regis facile cesuram. Gloriosius
 regi fore, pervicacem urbem igne ferroque
 desolari; quo exemplo Calvinismus peritus

perdi possit. Sin mora interjecta fuerit,
multa improvise evenire posse, quibus is-
rida obsidio reddatur.

Diversa placebant Aemando Richelio Cas-
dinali, supremo tunc rerum administro.

Inedia & cunctatione rem conficiendam
esse rebatur: De quo ita exposuit. Cuncta
mortalia variis vicissitudinibus volvi.

Esse vices quasdam ipsius virtutis, multo
magis fortunæ. Eventus non e sola virtute
pendere. Quodsi multis prospere gestis,
ob inconstantiam fortunæ, plerumque aliquid
improspere eveniat: rectius colligi, post
centum urbes captas Rupellam captam
non iri. Porro vix centum illas urbes una
cum Rupella comparandas omnibus ad-
miniculis & presidio instructissima.

Breviorem fore inedia, interclusis comediabus,
urbis deditorem. Potius regi esse Gallico

sanguini parci. Hoc tristitorem civilium bel-
 lorum esse conditionem, quod victoria non nisi
 cede civium redimatur. Eosdem rebelles,
 mutatis in melius animis, posse aliquando
 fieri patriae vindices. Magnum ceteris
 exemplum fore, fame desolatam urbem:
 legem, qualem misericordia regis dederit,
 latendam. Equidem arduum videri, com-
 meatu urbem maritimam intercludi. At
 virtute atque fortuna Ludovici nil utiq;
 esse superius. Quae Tizum olim ratione
 Alexander, Oceano clauso, expugnaverat,
 eadem Ludovicum posse Rupellam.
 Idem ab omnibus in sententiam Richelii.
 Parabadur jam suspendendum opus, cuius
 descriptionem, ut probe fieri, brevissimum
 adgredior. Millesimus sexcentissimus vice-
 simus octavus, a Ch. n. annus agebatur,
 quum Richelius, vir summi ingenii, con-

filius plenus, ceteroquin regis favore
 & Gallie opibus confusus, Ruspellam,
 modo plane insolito, terra marisque cingere
 coepit. Ruspella mari alluitur, duabus
 insulis, Olerona & Pica, praejacentibus.
 Natura loci & munimentorum similitudine
 inexpugnabilis urbs, nisi comeatus, qui
 per maris opportunitatem undique subrehi
 poterant, omni parte arcerentur. Ita
 quod officendum sagacissimus vir eam
 circumvallanda urbis rationem comendat est:
 ut medio alveo, utroque continentis latere
 comisso, saxea moles strueretur, super
 impositis tormentis bellicis; ad ostia alvei
 naues bellicae disponerentur: infraque mari
 inaccessibus minoribus navigiis, quae
 aditu, si qua praederet, quolibet copius
 forte subventuras prohiberent.
 Damus laboriosissimi operis, ex alto mari

educenda molis, in ista facta sunt: multis
 quidem desperantibus, oceanum ibi inter
 duo littora coarctatum, eoque vehementius
 effluentem, frænum ullum esse passurum.
 Nec cessit tamen Richelius obstinantibus.
 Tigna solida, procera arbores, injens
 arenarum saxorumque vis in profundum sub-
 mersa; absorbente fluctu quidquid ingere-
 batur: continuatusque sedulo labor per
 unius jam mensis spatium, vixit ad
 aliquam altitudinem adsurgere molem
 conspicuam. Tribus elapsis mensibus
 demum visum est, posse perfici opus.
 Proveciore, jam jamque absoluto opere,
 plures gravioresque difficultates ob-
 jectæ sunt. Nunc unda, operarum
 imprudentia, subito interfluente, lax-
 ata compago; nunc ventorum, tem-

p[er]fectumque vis, supereminetia repende
 disjecta; nunc fluctuum concitatiose
 impulsu fauorum cumuli, & quae p[er]fecta
 erant, disuta & subuersa. Vicis elemento-
 rum obstrepentium injuriam solles &
 obliuata Richelii cura. Crevit ea mole
 deniq[ue], ut decem palmis altum superemi-
 neret.

Ceterum ad tubandum hiatus, in medio
 relictum, ut aestus interfueret, ultra pro-
 pugnacula utriusq[ue] cum tormentis bellicis
 constituta, duo adhibebantur repagula:
 alterum immobile, quod palis constabat
 accuminatis, in terram alte defixis; alterum
 fluctuans, concatenatis navibus compositum.

Classis, hac illac distributa, centum &
 quinquaginta navium erat; praeter cymbas
 aliisq[ue] navigia, pice & sulphure illita.
 In navali exercitu quindecim erant, in

terrestri viginti milia hominum. Sumum,
post regem, qui et ipse expeditioni inter-
erat, pene Richelium Cardinalem im-
perium fuit.

His provisis et perfectis, Specialis missus
est, vetere more, sagis indutus, liliis aureis
distincto, bacillum longum manu gestans,
certum exitium oppidanis, nisi actutum
urbem dederent, denuntiaturus: precau-
tibus sibi cinibus, cum instrumentis aureis
item et liliis ornatis. Et ubi in frustra
fieri legato intellectum est, scriptum,
quod minas et imprecationes contine-
bat, pale adfixit reditgo.

Insignis virtutis documentum eo tem-
pore Guionus dedit. Is, quum sibi
delatam obsessae urbis praefecturam eum
recusasset, obstinatis civium precibus

285.
tandem pernotatus, pugione e loco publico
suspensus; hoc, inquit, fecero cuiuscumque ius
facio transgrediendi me, simul atque urbem
tradidisse audivar; sed eodem ego iure utae
adversus eum, quicumque tradendam patriam
suaserit. Id quod sacramento firmatum
postea servavit.

Sperabant obsessi ab Anglis subsidium.
Buckinghamo duce, qui in bellum adversus
Gallos conciverat, interim a Felstone quodam
interremto, Linferus & Mortonius comi-
tes Anglica classi praefecti sunt.
Utentibus Angli novo genere machina-
rum. Mille trabes, singulae tormentis
singulis adligatae, nullo rectore, impellen-
te aestu, per fluctus maris versus oppida
imissa: tali artificio, ut non prius
ingre igne concepto, quam in repericulum

& naves regias impingerent, exploderentur;
 classe dein irruptura, qua parte viam aper-
 ruisent. Plus fragoris ea res, quam oppug-
 nationibus damni attulit. Post & aliquot
 horarum proelium, transire frustra ten-
 tantibus Anglis, classis se recepit.

Uno jam ab obsidione anno exacto, quam-
 vis deficientibus rebus ad victum neces-
 sariis, hæc firmabantur animi obsessorum,
 inst ante hieme, imbris ventisque crebri-
 oribus, repagula & concatenatas naves
 solutum atque disjectum iri. Hortabatur
 Guibonius, extrema pro libertate & reli-
 gione spe ferenda. Proflare igno-
 miniosa vitæ mortem gloriosam.
 Quod semel Anglis coepta male succief-
 serint, non obsare, quo minus iterata ex-
 peditis felicior evadat.

Summa inde calamitas in urbe. Ludum

panis usus. adeo defecerat, ut Ducalis
 Rohaneca familia quatuor equorum, quibus
 ad eandem alias utebatur, carnibus
 per bimestre spatium sustentaretur.
 Ad extremum ne canes quidem & feles,
 & mures, & reliqua animantium genera
 superabebant: ita ut plerique coriis ac
 pellibus, utcumque in escam paratis, vesce-
 rentur. Tredecim millia amplius hominum
 inedia ac tabe confecta. Tam desperatis
 rebus innotus perseverabat Guibonius in
 proposito. Cateruatim irrumpentibus
 in ipsius aedes oppidanis id solum con-
 cessit, ut urbem ipsi decerent.

Ista plebs prevaluit. Missi jam ora-
 tores, qui pro omni Reformatorum
 secta pacifcerentur. Negabat Richelius
 ulli factioni locum fore: si clemen-
 tia regis omnia permitterent, pro illis

se intercessurum. Sic dimissis alii succedebant oppidani, numero XII., cum pleniore potestate; quibus, ad genua regis adcumbentibus, obsequium & fidem, nulla conditione, pollicitis, max verba a rege data, civibusq; universis libertas & fortuna, diplomatis fide, remissa sunt. Dein laudis epulis adhibiti famelici oratores adpositos cibos avidissime ineurgebant, & quantum cuiusq; pera capiebat, sibi suisq; prospecturi, clanculum ingerebant.

Re confecta triumphans rex una cum Richelio Cardinali postredie urbem ingreditur. ~~Funde nova fere~~ panes & cibi exhaustis usiq; suppeditabantur: unde nova fere

pestis exorta, quum diuina fame pesti
 homines cumulatius, atq; viribus sen-
 sim reficiendis conueniret, subito se
 onerarent. Multa dein solennia
 peracta. De Guisone quid postea fac-
 tum fuerit, haud compertum. Nemini
 inde visum esse constat; ut credibile
 sit, post magnum casum suum, solitu-
 dinem aliquam sibi elegisse, ad reliquos
 vitæ dies transigendos. Tandem rei me-
 moria inscriptione magnifica, totius ob-
 sidionis, in aenea tabula exposita ima-
 gini, adjuncta ferrabatur, cuius postrema
 verba imensi operis auctores referunt:
Ludovicus fecit, et mandus inuenit.
